



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

93. Alces.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

VULPES PISCANS.

Expressa ex Olo.

Descriptio XCI.

Omnes in vnam vulpem fraudes natura videtur congestisse. Nihil tam varium, solers, subdolum, versatilis, fraudulentum: vna est in pelagis septentrionalibus, ut in cæteris, sic in piscando, ingenio protus admirabili. Obambulat igitur in ripa fluminis, & si quando pisciculorum, maxime verò cancerorum subijit desiderium, caudam villis, ferisque oblitam molliter demittit in flumen; hanc summis aquis instar retis innatantem, canceri prædam, credo opportunam, rati, mordicus apperunt, sed illa summa celeritate caudam retrahit, & inhaerentem cancerum ictu affligit ad terram, mox læta pabulatur.

BOS VNICORNIS.

Ex Cæsaris lib. 6. de bello Gallico.

Descriptio XCII.

EST bos cerui figura, cuius à media fronte inter aures vnum cornu existit excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt cornibus: ab eius summo sicut palmæ ramique latè diffunduntur. Eadem est fœminæ marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

ALCES, IBIDEM.

Descriptio XCIII.

Sunt quæ appellantur Alces. Harum est con-similis capris figura, & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt, murilæq; sunt cornibus: & crura sine nodis articulisq; habent: neque quietis causa procubunt; neque si afflicte casu conciderunt, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores procubilibus; ad eas

se applicant, atque ita paulum modò acclinata quietem capiunt, quarum ex vestigijs cum est animaduertum à venatoribus, quò se recipere consueverunt, omnes eo loco, aut à radicibus subruunt, aut abscindunt arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine acclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque vnâ ipsæ concidunt.

VRI, IBIDEM.

Descriptio LXXXIV.

VRI sunt magnitudine paulò infra elephantos, specie & colore & figura tauri: magna vis est eorum, & magna velocitas neque homini, neque feræ, quam conpexerunt, parcunt; hos studiose foueis captos interficiunt. Hoc se labore durant adulescentes, atque hoc genere venationis exercent, & qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed aduocere ad homines, & mansuescieri, ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum & figura, & species, multum à nostrorum bouum cornibus differt. Hæc studiose conquisita, ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vntur.

PISCES.

CETVS.

Maffæus, Stylo historico.

Descriptio XCV.

PER eosdem ferè menses nouum, & multiplex aliud in mari miraculum exitit. Classis nauium nouem Duce Georgio Britto, dum ex Lusitania Indiam petit, rostrata celsio, Rhoterici Vasæi Pereria, in medio cursu repente veluti fæno equus adducto, ita substitit, magno cum æquæ sonitu, ac motu, qualis, vbi in vada, & syrtes incurritur, edi consuevit: eo ipso terrore percussû nauæ, demissa vtrinque bolide, profundum sine dubio mare comperiunt. Cum inflatis